Uere nunc quinq; inter uiduas uide
mur eē diuisę; Illa cū sorore pau
lina dulci somno fruitur. Tu duar.
rum medius ad xpm leuius sabuola
bis. EXPL LXXIII.

HIERONIMI AD MARCELLA

AMBROSIUS

quo cartas sumptus notarios minis
trante tam innumerabiles libros
uere adamantius & noster calcente
rus explicauit in quadā epla quā ad
eundem de athenis scribserat refert
numquā se cybos origene p̄sente sine lectio
ne sumpsisse numquā iniisse somnum
nisi unus e fratrib; sacris litteris personaret;
Hoc dieb; egisse uel noctib; ut & lectio ora
tionem susciperet & oratio lectionē; quid
nos uentris animalia tale umquā fecimus
quos si secunda hora legentes inuenerit
oscitamus manu faciem defricantes con
tinemus stomachum & quasi post multum
laborem mundialib; rursum negotiis
occupamur; Praetermitto prandia
quib; onerata mens p̄mit; Pudet dicere
de frequentia salutandi qua aut ipsi cotidie
ad alios p̄gimus aut ad nos uenientes ceteros
expectamus; deinceps itur in uerba sermo te
ritur [teritur] absentes lacerant; uita aliena discri
bit & mordentes inuicē consumimur ab in
uicem. Tales nos cybus & occupat & dimit
tit; Cum uero amici recesserint ratioci
nia supputamus; Nunc ira p̄sonā nobis leo
nis inponit; nunc cura sup flua in annos

multos duratura p̄cogitat; nec recorda
mur euangelii dicentis; stulte hac noc
te repetunt animā tuam a te; quae autē p̄
parasti cuius erunt; Uestes nō ad usum
tantum sed ad delicias conquiruntur;
Ubi cūq; cōpendium ē uelocior pes citior ser
mo auris adtentior; si damnū ut saepe
in re familiari accedere solet fuerit
nuntiatū uultus merore deprimitur;
Laetamur ad nummū; obolo contristamur;
Unde cū in uno homine animorum tam diuer
sa sit facies p̄pheta dnm p̄cat dicens;
Dne in ciuitate tua imagines eorū dissipa;
Cum enim ad imaginem & similitudine dī
condita simus ex uitio nro p̄sonas nobis
plurimas sup inducimus. & quomodo
in theatralib; scenis unus atq; idem
histrio nunc herculē robustus ostentat
nunc mollis in uenerē frangit nunc tre
mulus in cibelen; ita & nos qui si in mun
do n̄ essemus odiremur a mundo; Tot
habemus p̄sonarū similitudines quot p̄c
cata; Quapp quia multū iā uitae
spatiū transiuimus fluctuando & na
uis nra nunc p̄cellarū concussa turb
ine nunc scopulorū inlisionib; p̄fora
ta ē; quā primū licet quasi quendā
portū secreta ruris intremus; Ibi
cybarius panis & holus nris manib; in
rigatum lac delicię rusticanę uiles
quidem sed innocentes cybos p̄beant;
Ita uiuentes ab oratione somnus
n̄ saturitas a lectione reuocabit;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0413